Klagenfurt, F. Bischl. B XXIX e 6

(4v) In prescripta oracione per singulos annos infallibiliter inuenitur interuallum videlicet Ebdomade a prima dominica post festum Natiuitatis xpi dut computando ab ipso festo si in die dominica euenerit usque ad dominicam Estomichi seu carnisprivii . . .

Item notandum quod ista oracio inchoata est Anno dni MoCCo LXXXXVto in tredecimo anno aurei numeri Et in sexto anno Cicli solaris. Item primus annus aurei numeri est signatus cum rubea littera magna a principio dictionis. Sed primus annus cicli solaris est designatus cum una parua littera |(5r) rubea in fine dictionis.

Item sciendum quod practica prescripte oracionis seu tabule durat ad quingentos triginta duos annos nam tot dictiones continent in prememorata oracione Quando itaque Quingenti triginta duo anni finientur tunc reincipiat prescripta oracio cum virtute et practica per totidem annos Creatore omnipotente volente et omnia sua omnipotencia ordinante.